

lensis ecclesie episcopus, *mentre l' Olmo ha: Ego Stephanus D. G. Sancte Caprulensis ecclesie . . . Il Muratori: Ego Facio Dono, e l' Olmo Bono. Il Muratori ego Dominicus Sbornaro, e l' Olmo Stornato. Ho anch' io, come il Rossi, inutilmente rintracciato nell' Archivio l' Originale, o almeno una copia autentica.*

1074. Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo septuagesimo quarto, mense septembre. Indictione tertia decima. Rivoalto.

Dum in Dei, et Christi nomine quodam die resideremus in palatio nostro Nos quidem Dominicus Silvius per misericordiam Dei Venetiae et Dalmatiae Dux, una cum episcopis, abbatibus, iudicibus, et maxima parte nostrorum fidelium inter caetera quae ad pro vectum nostrae patriae pertinebant pertractare coepimus de nostro Gradensi patriarchatu, qui nostrarum omnium ecclesiarum et totius Venetiae caput extat, de hoc videlicet, quod praecessor noster bonae memoriae Dominicus Contarenus dux, laudatione episcoporum, abbatum, iudicum caeterorumque complurium bonorum hominum statuit . . . perpetuo sanctae Gradensi nostrae patriarchali ecclesiae. In primis itaque totam terram nostri ducatus, quae dicitur Villa posita in Civitate Nova, et censum (a) amphoras vini, quas Caprenses de Comitatu Istriae ex antiqua consuetudine omni anno persolvere debent, capetanea semper salva (b) et insuper alias libras denariorum centum sexaginta de Roga magistratus . . . De Olivolensi etiam episcopatu libras denariorum viginti. De Torcellensi episcopatu libras denariorum viginti. De Methamaucensi episcopatu dimidiam piscariam, quae est posita in loco qui dicitur Faviraga, et insuper modios frumenti quinque. De episcopatu Equilensi modios de frumento septem. De episcopatu Civitatis Novae sex dies de terra araturia ubi sunt vineae in loco qui dicitur Avegla (c). De episcopatu Caprulensi fundamentum Salinarum secundum firmamentum cartulae, quam ipse Bonus episcopus fecit nostro patriarchatui. De monasterio sanctae Trinitatis de Bruntulo (d) modios frumenti duodecim. De monasterio s. Hilarii libras denariorum viginti quinque. De monasterio s. Georgii libras denariorum decem. De monasterio s. Felicis de Amianis modios frumenti sex. Haec omnia praedicti episcopatus, et abbatiae in Kalendis septembris persolvere debent nostro patriarchatui per singulos annos. Sed tempore praedicti praecessoris nostri ducis secundum superius dictam Constitutionem et Confirmationem, et Conlaudationem, impediens negligentia, chartula minime completa est. Et quia nobis reipublicae rectoribus necessario competit sic dubiam implicitam expedire controversiam (e) sic earum quae determinatae sunt diutius duraturam stilo effodere (f) memoriam, ne de oblivione dato negotio suboriantur aliquo modo scandala in potestatem (g). Igitur Nos praedictus Dominicus Silvius per gratiam Dei Venetiae et Dalmatiae dux, consensu et conlaudatione omnium episcoporum nostrae patriae, idest Henrico Olivolensi (h), Ursone Torcellensi (i), Henrico Methamaucensi (k), Bono Caprulensi (l) Petro Civitatis Novae (m), Stephano Equilensi (n), abbatum etiam, idest Do-

(a) centum. Olmo

(b) debent nostro palatio et centum libras nostrorum denariorum quae fuerunt de Camera s. Marci et alias ducentas libras denariorum quae fuerunt de Roga. Et istae trecentae librae ad lucrum esse debent capetanea semper salva. Olmo.

(c) Mugla. Olmo

(d) Brundolo, vuol dire, ma Bruntulo anche l' Olmo.

(e) competit sic rerum dubiarum implicitam. Olmo

(f) efficere. Olmo

(g) in posterum. Olmo

(h) Enrico Contarini ultimo de' vescovi di Olivolo.

(i) Orso oppur Orsone Badoaro o Partecipazio.

(k) Non se ne sa il cognome, giacchè è diverso da Enrico Grancarolo che trasportò la sede da Malamocco a Chioggia. Il Vianelli (T. I. p. 58) corregge in ciò il Coleti e il Cornaro. Vedi Serie de' Vescovi di Malamocco e di Chioggia. 1790. 4.

(l) Buono vescovo di cui s'ignora il cognome

(m) Pietro di cui pure non si conosce il casato. Esso non è registrato dal Cornaro (T. X. parte III. p. 370)

(n) Stefano di cui pure non si sa la famiglia.